



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

42. Fugienda terrestria, quærenda cælestia, Deus à toto homine colendus.
Cauenda peruersa sollicitudo de rebus huius vitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p>nolite multum loqui, sicut ethnici: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis: scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Sic ergo vos orabitis, Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo, & in terra. Panem nostrum substantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis Pater vester caelestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae, tristes. exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* 42.</p>			

CAP. 42. Fugienda terrestria, quarenda caelestia: Deus a toto homine colendus. Cauenda peruersa sollicitudo de rebus huius vitae. Matth. 6. 41.*

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p>Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: ubi aerugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in caelo: ubi neque aerugo, neque tinea demolitur, & ubi fures</p>	non		

S. *Matthæus.*S. *Marcus.*S. *Lucas.*S. *Iohannes.*

non effodiunt nec furatur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Lucerna corporis tui, est oculus tuus, Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumē quod in te est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quæ erunt? Nemo potest duobus dominis seruire. aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum cõtenet. Nõ potestis Deo seruire, & mamõnæ. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nõne anima plus est quàm esca: & corpus plus quàm vestimētum? Respiciite volatilia celi, quoniam nõ serunt, neque metunt, neque cõgregant in horrea: & Pater vester cælestis pascit illa. Nõne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitās, potest adiciere ad staturam suam cubitum unum? Et de vestimento quid solliciti estis? Cõsiderate lilia agri quomodo crescunt: nõ laborant neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomõ in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quãtõ magis vos minimæ fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes, Quid manducabim⁹, aut quid bibem⁹, aut quo operiemur? hæc enim omnia gētes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnib⁹ indigetis. Querite ergo primum regnum Dei & iustitiã eius: & hæc omnia adiicientur vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. sufficit diei malitia sua. *43.

CAP.

H